



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Thesavrvs Casvum Conscientiæ**

Continens Praxim exactissimam De Censvris Ecclesiasticis, Aliisque Poenis, & Canonicis impedimentis, in Septem Libros distributus ...

Decisiones Casvum Conscientiæ Ex Doctrina Consiliorvm Martini Ab Azpilcveta Doctoris Nauarri collectæ, & iuxta librorum iuris Canonici dispositionem in suos Titulos distributæ

**Sayer, Gregory**

**Venetiis, 1627**

2 Legitimus a Nuncio ad quaecunque beneficia, non est ad regularia.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13903**



quia tamen per huiusmodi coitum sedari, seu tolli, aut vitari possit tentatio, & periculum fornicandi tam in viro, quam in femina; & excicari utrinque valet humor, utrinque feminarius, ita ut eo exoneretur, etsi non tantum, quantum si uterque de more aliorum seminaret, verum inter se matrimonium contrahere possunt, cum huiusmodi matrimonii finem illum consequitur, in quem, quatenus est remedium, institutum est. Eodemque modo matrimonium cum semina nihil seminante, potente tamen semen viri intra suam valnam feminantis recipere, contractum validum est, & spadonem potentem intra vas debitum, illam ad id prouocare; ita quod etiam ipse per illam prouocationem exsicet suum humorem, quo calescit, & tentationem & passionem suam sedat.

(Notandum quamuis olim multi Doctores eam auctore, matrimonia spadonum & eunuchorum valida esse putarunt, saltem si femina sciens defectum consensit; Hodie tamen ex noua constitutione Sixti V. Quae incipit, Sixtus Quintus edita an. 1587 die septima Iunij ad Caesarem Hispaniarum Nuntium missa, ea nulla scripta, & invalida esse declaratur, prout in praedicta Bulla plenius explicatur.

## DECISIO IV.

Ex conf. 3. in Nouis, deest in antiquis.

- 4 Impotentia coeundi impedimentum, est non solum impediens, sed etiam dirimens; unde spado ad copulam omnino impotens, cum aliqua contrahens, quamuis remanere possit ut frater, & foror, nullatenus tamen delectatione carnali, aut per oscula, tactus, vel amplexus, praesertim se poluendo, ut poterunt, ita Natur. in Manu. cap. 22. numer. 60.

## TITVLVS X.

De matrimonio contracto contra interdictum ecclesiae.

## SVMMARIVM.

- 1 Matrimonium ne quis cum haeretica contrahat, a Papa praecipere possit.

## DECISIO I.

- 1 Papa quamuis inhabilitate possit ad contrahendum matrimonium certas personas, inter quas iure naturali, Diuino, & humano matrimonium alias contractum tenet, an tamen conueniat, non facile est iudicare. At vero ut quis cum haeretica non contrahat matrimonium, praecipere potest, Arg. c. caue. & cap. Non oportet 30. q. 1. nisi aliqua circumstantia conditionum, personarum, locorum, vel temporum contractum adeo iustum facerent, ut tale praecipuum iniquum redderent. Arg. c. Non semper & c. Qui resistit. & cap. Iulianus. 11. q. 3.

## TITVLVS XI.

Qui filij sint legitimi.

## SVMMARIVM.

- 1 Filij nati eo tempore, quo inter parentes matrimonium impediatur, per clausulam, (Prolem susceptam, & suscipiendam) legitimantur.  
2 Legitimus a Nuncio ad quacunque beneficia, non est ad regularia.  
3 Religio habitat illegitimum ad ordines, non ad dignitates.  
4 Acta praeterita licet a futuro euentu pendeant, per nouam dispositionem non tolluntur.

## DECISIO I.

Ex conf. 1. deest in Nouis.

- 1 Filij fornicarij, qui nati, vel concepti sunt eo tempore, quo parentes eorum matrimonium inter se contrahere non poterant, per matrimonium subsequens non legitimantur; cap. Tanto. Qui filij sim legit. Sin vero contraherent per dispensationem daram, cum clausula, (Prolem susceptam, vel suscipiendam legitimate reputantes) qualem Papa dare potest, tunc in radice matrimonij dispensando, & tollendo impedimentum matrimonij, etiam filij spurij, & antea nati legitimus; § 4. num. 7.

## DECISIO II.

Ex conf. 2. alias 1.

- 2 Laicus ab Imperatore legitimatus, & a Nuncio Apostolico ad ordines sacros, & quacunque beneficia dispensatus, si postea religionem approbatam ingrediatur, & in ea professionem emittat, beneficia regularia, administrationes, & Dignitates regulares vi praedictae legitimacionis, & dispensacionis obtinere non valet; Sed alia maiori dispensacione ad eas obtinendas indiget; eo quod Imperator, aut Rex, ad spiritualia beneficia, & dignitates ecclesiasticas, aut regulares neminem legitimare, aut habitare possunt; cap. lege d. 10. & cap. per venerabilem. Qui fil. sint leg. & Nuncius Apostolicus dispensans ad beneficia, intelligi solum debet de beneficijs secularibus, non de regularibus, maxime si laicus secularis fuerit, quis, quando ab illo dispensacionem obtinuit, verbum namque qualificatiuum additum in literis beneficialibus, quod qualitates diuersas denotare potest, de qualitate impetranti congruente intelligitur. Arg. cap. cum de beneficio. de preb. in 6. Domin. & Fran. ibi. & defectus Naturalium & irregularitas ex eo procedens, qui per professionem tollitur cap. 1. de filijs presb. quoad ordines sacros tantum & non quoad Dignitates, & Praelationes regulares intelligitur.

## DECISIO III.

- 3 Religiosi facultatem, seu privilegium habentes, ut cum illegitimis ad beneficia, & officia ordinis obtinenda dispensare possint, tales ad dignitates sui ordinis non nisi praua dispensacione admittere valent, si defectus eorum sciunt. Neque sufficit electio, collatio, aut prouisi de Dignitate & Praelatione; Quia licet Papa conferendo aliquem dignitatem ei, quem ad eam inhabilem esse nouit, secum tacite dispensare censetur, inferior tamen dispensandi potestatem habens, ob hoc dispensare non iudicatur, nisi de facto, & expresse dispenderit. ita Innoc. & Pau. in cap. veniens de fil. presb. & c. diuersis fallacis de cler. coniug. & Natur. in Man. cap. 25. num. 74. A superioribus autem Religionis semel verè dispensatus ad omnes ordinis dignitates, ad Episcopatum etiam, & Archiepiscopatum habilis efficitur.

## DECISIO IV.

- 4 Si Papa motu proprio, & viua voci oreculo Generali ordinis mandet ne illegitimos ad dignitates admittat, per huiusmodi decretum dispensatio antea obtenta non reuocatur, nisi tenor talis Oraculi, vel Breuis id exprimat; Eo quod lex ad praeterita non trahitur; cap. fin. de confit. & Pan. & Felin. sicut nec forma faciendis Testamentis data, Testamentum iam facta comprehendere censentur, etiam si testatores eorum viuunt, & nondum sint sortita effectum. I. iubemus. ca. de testamen. ut pari proinde ratione nec habitatio illegitimi ad dignitatem iam facta, licet nondum effectum sit sortita, per Mandatum de non admittendis illegitimis ad dignitates tolli dicitur, nisi Papa verbis manifestis illud exprimat.